Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1785

Quelle:
Copyright:

Pro nouitatibus ſignifico R. D. V. me hac hebdomada fuiſſe in ſchaffhuſen, ibique comperiſſe &c.

Fol. LXVII. *Deliberatorius tractatus ſuper pacifico receſſu usque ad futurum Concilium.* Plenius, quam ſupra *fol.* 49. Vide *Coeleſt. ſuprac.*

Fol. LXIX. Sententiae *Lutheri* et *Melanchthonis*, ut *fol.* 43. ſed germanice.

Fol. LXXI. Fragmentum Articulorum in Colloquio 20. Aug. ventilatorum *de diſcrimine Ciborum, Ceremonijs et diebus feſtis.* Item *de Communione ſub utraque ſpecie, Miſſis, Conjugatis Presbyteris et Monaſteriis.* Vide *Coeleſt.* p. 45. *et ſeq.*

Fol. LXXIII. Edictum *Caroli* V. ut ſupra *fol.* 53. ſed germanice: *Vns zweifelet nit yr ſeynt eyngedenck vnd tragent gutt wiſſenn wie ſich vor jaren eyner mit namen Martin luther* &c.

Fol. LXXIX. *Compendium Confeſſionis proteſtantium principum Electoris aliorumque et eorum conſortium, quam Cæſareæ M^ti. tradiderunt. et ſubſequentis tractatus, quem cum eis habuerunt quidam a ſtatibus imperij deputati, quantum et in quibus ſimul unanimes et conformes exiſtunt.* Incipit: *Cum igitur Confeſſio fidei ſuæ a quinque principibus* &c. In ora citantur *folia* cum *Confeſſionis*, tum *Tractatus.*

Fol. XCII. *Johannis* Elect. Sax. *Georgii* March. Brandeb. *Erneſti* Ducis Brunſv. *Philippi* Haſſiae Landgr. et *Wolfgangi* Princ. Anhalt. Libellus ſupplex ad *Carolum* V. pro retinendis Concionibus ſuis, porrectus 17. Jun. 1530. Incipit: *Allerdurchleuchtigiſter* &c. *Nach dem Euer Kay. Mt. vns* geſtern *zu einem abſchid gegeben* &c. Extat latine *Coeleſtini* T. I. p. 86. ſed male *hodie* pro *heri.*

Fol. CVI. *Receſſus* ſeu Decretum a *Carolo* V. Auguſtae latum 1530. 22. Septembr. in cauſſa Religionis. Incipit: *Poſteaquam Cæſ. Ma^tas. Generalem dietam et Conuentum in octauum diem Aprilis* &c. legiturque *Coeleſtini* T. III. p. 137. ſed non ad verbum.

Fol. CX. Articuli jam allati *foll.* 4. et 67. ſed germanice.

Fol. CXII. Epiſtola *fol.* 61. indicata ad *Fabrum*, ſed iterum germanice.

Fol. CXIV. Exemplum germanicum *receſſus*, quod habetur latinum *fol.* 106.

Fol. CXXX. Epitome germanica *Confeſſionis Proteſtantium*, quae *fol.* 79. latina legitur.

Fol. CXLVII. Propoſitiones *Lutheri* de *Fide*, de *Verbo Dei*, de *S. Scriptura*, de *V.* et *N. T.* ſubjuncto ubivis veterum Haereticorum et S. Scripturae ſenſu.

Nota: in hoc Codice varia ex recenſitis Scriptis bis extare.

CCCCLIII.

Codex chartaceus lat. germ. 97
Sec. XVI. Folior. 243. f. rurſum continet *Adverſaria Johannis Fabri*